Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Sigismundo in prima adolescentia desponsa fuit Radegundis, Caroli septimi Gallorum regis filia, sed illa ante nuptiarum tempus mortua est.
Duxit postea Eleonoram Jacobi secundi Scotorum regis filiam, q nulla relicta sobole (nam Wolfgangus ex ea natus, in cunis decesserat) obiit anno 80.
Altera illi uxor fuit Catharina Alberti Saxoniae Ducis filia, q marito superstes Erico Brunsuicensi dnd nupsit.

Sigismundus princeps fuit prudens, liberalis, ac subditorum Amans, ad quietem & pacem pclinior, qm ad bella. Reliquit omn suarum ditionum, ac prvinde Tyrolis heredem Maximilianu jm cesare, patruelis filium.

Maximilianus iste rex Romanorum, & iam Comes Tyrolis verbis & scriptis petiit à D. Georgio Abbate Cisterciensi, quatenus quandam Abbatem in Steffers Ordinis Sancti Benedicti ad Abbatiam in Stambs institueret. à qua tn petitione ob precu D. Visitatoris & frum in Stambs instantiam, & uberiorem informationem sua regia maiest.

Maiestas tandem destitit, & insuper ex certis cautis animum suum mouentibus, cora Visitatore, & Dno Bernardo Abbate in Stambs, totoq Conventu seriosius institit, ac postulauit, ut ad resignatione Dni Bernardi Religiosus Vir, F. Christannus Badrott Monachq & Sacerdos in Stambs tanqm habilis & idoneus in sua regia Celsitudinis complacentiam dicte Abbatiae in Stambs officeretur. Quod & factum est.

Ao 1489. Friderico Imperatore confirmauit priuilegia Tyrolensium. Oeniponti.
Ao 1490 idem fecit Maxi: jus. Oeniponti.
Eodem anno ~~dibitum~~ dedit cautione, q Status Tyrolenses securi ~~fuerint~~ ex bona voluntate, & sine pnudicio libertatum suarum. Vienna.
Similis confirmatio extat eiusdem & anno 1493. Sterzingen.

De Bernardo Abbate nota sequentia.

Fuit is vir doctissimus, qui Haidlberga literas ogam dedit. Scripsit Comentaria in S. Scriptura, q hdnt in bibliotheca.
Anno 1479. 13 Martii duo fres & Monrii Cisarien. scripserunt D. Bernardo Priori in Stambs, quarum litera seu ischae fuit inscriptio. Discreto Viro, cuius fama lucida p mundum resonat universum, Dno Dno Bernardo Priori in Stambs, Patri nostro singulariter ymamando.
Anno 1493. 28 Julii Fridericus Romanorum imperator scripsit Joanni Abbati & Conventui Cisterciensi, postulauitq Abbatem in Stambs (qui pro illo tempore erat D. Bernardus) in Visitatorem Monasterii Victoriensis in Carinthia.

Anno 1497. 14 Augusti D. Bernardus Abbas abentiam sua à Capto gnali excusauit, inter alia ita scribens.
Vtia licet à Visitatione Capli nu gnali aliis uarii, & euidentibq arcemur impedimenti, hoc tn periculum imminet, & in dies continue augetur, q mihi iam 60 annos hismali diebq in Ordine agenti valetudo corporis absq periculo & Monrii graui iacura minime admittit. Accessit iam insuper Romanorum regia maiestatis, & in circa Monasterium nostrum frequens occursus & recursus, uti in Vigilia S. Jacobi se casus obtulit, q eadem regia maiestas prope muros in agris Monrii nostri in presentia Legati Apostolici necnon plurimorum nominati primorum principum, & baronu spiritualium & secularium; nec non Legatorum & nunciorum quorundam regum, ac aliorum principum, comunitatum, ac famosarum ciuitatum, ex diuersis regnis ac prouinciis tunc confluentium sub tentoriis ibidem exstantis, Nunciis Thurcorum & Graecorum in Referendis aptam pbuit audientiam. Vbi et inter hac Venationibq intentis, tandem coniectum prandium ibidem ex equina nostra pariter sumpserunt, &c.